

III.

NEOVIDENSIS

Nro. 43. (*Neovidensis* 1808. Nro. 42.)

Politica mortuorum Colloquia.

Elysium-Meum.-Die Martis 7. Juny. 1808. (Neov. 21. May. 1808.)

Hoc salsum est, hoc adustum est, hoc lautum est parum.

Illud rectum; iterum sic memento.

Terent.

Colloquentes Umbrae.

Diogenes. Antonius Comasso.

Comasso. Ausimne rogare, quid Diogenes adeo attente legat?

Diog. Librum Culinarem de sæculo nono decimo.

Com. (Intra se — : falcem in meam immisit messem) quid ex libro Culinari hoc discitur? fortassis Coquinæ operam dare placet Diogeni?

Diog. Codex Culinaris genuinum est barometrum morum & Cursus quibusvis Seculis.

Com. Hæc profecto esset res singularis.

Diog. Stomachus est mobile perpetuum ab omnibus Physicis quæsitum, nec tamen inventum. Est infestator, aut Bachanale quorumvis hominum. Ab eo quævis actiones definiuntur, est is patronus domesticus in humano corpore, ubi, quæso, quævis humanæ vitæ necessitates & contentiones concentrarunt

se? poeta canit; Juris peritus Causam contro-
versam agit, Medicus morbos curat, opifex
opus parat, agricola rus colit & — litteratus
scribit in gratiam stomachi; habitatio & am-
bius, quæ perinde hominum necessitates sunt,
ceu subordinati officiales stomachi considerari
possunt; Stomachus maximus orbis despota est.
Dum itaque apud animum expendo: quæ ratio-
ne, & quam artificioso adparatu homunciones
despotæ huic satisfacere nitantur, concludo ex
his ad beatum statum. Et ideo asserui: libellum
Culinarem barometrum morum Coursusque mun-
di esse, futurumque in perpetuum, est is forum
primæ Instantiæ vitæ.

Com. Domine Diogenes! hæc animadver-
sio exaggerata est, Coquina est princeps artium
in mundo. Est, fuitque a Creatione mundi am-
pla & gravis necessitas, hæc cultior facta, & ex
barbarie caput etulit.

Diog. Ut hoc?

Com. Quam simplex, mœstusque status erat
vita primi hominis! habuerat fructus, mel, tar-
dius lac & radices ad suam sustentationem,
Manducabant protoparentes sub pomo juxta
rivulum, post ventri incubabant, ad aquam
ex eo hauriendam.

Diog. Eotum naturalis cursus erat, eotum
bonus sanus mundus erat.

Com. Serius invenere ignem prolicere, quam
felix inventum? tum imbellia animalia adpre-
hendere, quibuscum in communiione degebant,
ea ad ignem assabant, vel coquebant, hæc res
sapiebat, & facti sunt venatores.

Diog. Jam eorum deterius ibant — homo fraudes & dolum meditatus ad misera animalia capienda.

Com. Adpetitus acutior redditus est, sensus irritati, gustus cultior factus, & commoditas quæsitæ. Homo simplicissima animalia cepit, jam proprietatem in oves vendicare, & cum grege, gibboso mundo enerrare cœpit. Erat pastor & hæc vita nomadica audiebat.

Diog. Aisne? animalia ut proprietatem! cum hoc malignus mundus exordium capit.

Com. Homo tentamina instituit cum diversis seminibus, ea torrebat, tum intra lapides terebat, hoc prospere cessit, tum terræ grana mandabat, ut semen per id multiplicetur, casam sibi struebat, domicilium, stationemque habuit, nec migrandum ei amplius fuit. Domui adstruere Culinam e re ducebat.

Diog. Sic utique mundus pedententim per novas inventiones in deterius vergebat.

Com. Homo tum in Asia diversas herbas & aromata reperit, hoc erat inventum! in iis irritantem saporem reperit, atque aliis hominibus in vicem aliorum productorum dispartire cœpit, hæc origo Commercii permutativi, quam felix tum erat!

Diog. Felicem putas? de hoc optime statuere queo. Persæ Græcis popularibus meis luxum attulere, legumlatores nostri in eum investiti, at quid profuit? — Successere Romani, excolluere coquendi artem, solvebantur Cocos annua quatuor talenta, quæ ex sententia Cl. Bernhardi 20000 Lib. gall. efficiunt, Trium-

vir Antonius Cocus, qui festivum epulum ei adparabat ad Cleopatram excipiendam, tan-
topere delectabatur, ut urbem ei donaret;
O maligne maligne munde!

Com. Parce heros nobilis! malignitatem mundo exprobrare— hic mundus optimus, be-
tissimus erat; quem hodie dum Illuminationem
vocat; lautities cibaria Romanorum in Italia
sub Leone X denuo ex ruderibus prodiit; ce-
lebris Catharina de Medicis in Gallias transtu-
lit & ex hinc in omnes regiones, & orbis par-
tes propagata est. Vivat nobilis ars coquendi!

Diag. Sensualis homo! scito: quo ars Co-
quendi perfecta magis, tanto mundus secundum
progressivam proportionem hujus perfectionis
deterior factus est. Omnes Cocos & Coquinæ
peritos ad Tartara opto.

Com. O Apici! Luculle! quanta vobis inju-
ria, vobis & arti & mihi! — Domine Cynice!
non ita est. Cocus maxime necessarium reipu-
blicæ membrum est.

Diag. Diespiter! miserere hujus delirantis!

Com. Expediam id secundum strictissimam
Logicam. Is primum reipublicæ membrum est,
qui primum & gravissimum argumentum in ea
administrat, atqui hoc agit Cocus, ergo &c. —
pergo demonstrare propositionem alteram —
gravissima in Civitate argumenta tria sunt: ali-
menta seu victus, amictus, & habitatio, ex his
eminet victus, at hic in Culina administratur, er-
go Cocus gravissimum in Civitate argumen-
tum administrat: Quod fuit demonstrandum.

Diag. Japiter! miserere!

Com. An argumentatio non in optima, & consequentia non in strictissima forma est, Domine Diogenes!

Diog. (Dolium suum versat, & secedit) ut Cocu n convenio? o Philosophia! an nidum in Culina exstruxisti?

Com. (oculis eum insequitur) Apage Philosopho miserabilis! miserabilis aspersator viduus! assidet foco, & legit sequentia nova).

Si non est verum, est saltem bene excogitatum. In 32 fasciculo Intelligentiæ Ephemeridum ad nova Incendiaria frustra sequens legitur narratio, quæ plurimum doctrinarum argumentum suppeditare potest. In urbe Nisa Civis cujusdam vidua Gallicum Vigiliarum Magistrum hospitio excipiendum habuit, absoluta Cœna, ad superius conclave ducitur, eique locus quietis capiendæ assignatur; sequente luce hospes dormina adfert Jentaculum, sperans de hora in horam eum lecto levandum; sonat octavam horam vigiliarum Mag. non comparet; turbata diuturna expectatione anxietatisque plena, quid sinistri ei accidisset, januam leniter aperit, conspicitque sedentem in lecto, Vigiliarum Magister ad hæc flebiliter agit, plorat instar infantis, neque advertit ferme tam prope adstare sibi hospitem domus; quæ ploratu hominis mota sciscitatur curiose: quæ moeroris Causa sit, unde ille lacrimæ? At ille dolore abreptus, principio tacere, tum prosequi suspiria Cordis, & ploratibus mulierem incommodare, tandem acri vultu eam intueas, quærit ex ea: unde linteamina, queis lectus coopertus, acceperit, quibusque incubabat;

vir Antonius Cocus, qui festivum epulum ei adparabat ad Cleopatram excipiendam, tantopere delectabatur, ut urbem ei donaret; O maligne maligne munde!

Com. Parce heros nobilis! malignitatem mundo exprobrare— hic mundus optimus, beatissimus erat; quem hodie dum Illuminationem vocant; lautities cibaria Romanorum in Italia sub Leone X denuo ex ruderibus prodiit; celebris Catharina de Medicis in Gallias transtulit & ex hinc in omnes regiones, & orbis partes propagata est. Vivat nobilis ars coquendi!

Diag. Sensualis homo! scito: quo ars Coquendi perfecta magis, tanto mundus secundum progressivam proportionem hujus perfectionis deterior factus est. Omnes Cocos & Coquinæ peritos ad Tartara opto.

Com. O Apici! Luculle! quanta vobis injuria, vobis & arti & mihi! — Domine Cynice! non ita est. Cocus maxime necessarium reipublicæ membrum est.

Diag. Diespiter! miserere hujus delirantis!

Com. Expediam id secundum strictissimam Logicam. Is primum reipublicæ membrum est, qui primum & gravissimum argumentum in ea administrat, atqui hoc agit Cocus, ergo &c. — pergo demonstrare propositionem alteram — gravissima in Civitate argumenta tria sunt; alimenta seu victus, amictus, & habitatio, ex his eminet victus, at hic in Culina administratur, ergo Cocus gravissimum in Civitate argumentum administrat: Quod fuit demonstrandum.

Diag. Jupiter! miserere!

Com. An argumentatio non in optima, & consequentia non in strictissima forma est, Domine Diogenes!

Diog. (Dolium suum versat, & secedit) ut Cocum convenio? o Philosophia! an nidum in Culina exstruxisti?

Com. (oculis eum insequitur) Apage Philosopho miserabilis! miserabilis asperator vitus! assidet foco, & legit sequentia nova).

Si non est verum, est saltim bene excogitatum. In 32 fasciculo Intelligentiæ Ephemericum ad nova Incendiaria frusta sequens legitur narratio, quæ plurimum doctrinarum argumentum suppeditare potest. In urbe Nisa Civis cujusdam vidua Gallicum Vigiliarum Magistrum hospitio excipiendum habuit, absoluta Cœna, ad superius conclave ducitur, eique locus quietis capiendæ assignatur; sequente luce hospes dormina adfert Tentaculum, sperans de hora in horam eum lecto levandum; sonat octavam horam vigiliarum Mag. non comparet; turbata diuturna expectatione anxietatisque plena, quid sinistri ei accidisset, januam leniter aperit, conspicitque sedentem in lecto, Vigiliarum Magister ad hæc flebiliter agit, plorat instar infantis, neque advertit ferme tam prope adstare sibi hospitem donus; quæ ploratu hominis mota seiscitatur curiose: quæ moeroris Causa sit, unde ille lacrimæ? At ille dolore abreptus, principio tacere, tum prosequi suspiria Cordis, & ploribus mulieri incommodare, tandem acri vultu eam intueas, quærit ex ea: unde lintheamina, queis lectus coopertus, acceperit, quibusque iacubabat;

reponit illa, *Ja se emta, an id jam pridem ?* rogat is, sat dudum respondet illa, et a quo quæso, instat ille ea emisti ? a Borussico Hussaro, subiungit ea, an adhuc vivit is, & licetne eum convenire ? Perfacile, inquit illa, dimissionem enim nactus domunculam emit, vivitque quiete, an me ad eum deducere potes, mihi virum hunc conveniendi & cum eo loquendi votum est, Vigiliarum Magister inter hæc lecto egreditur, vestem induit, sequiturque hospitem ducem, quæ recta eum ad eum illum Hussarum prosequitur, quem vigiliarum Magister alloquitur: unde hæc velamenta lecti acceperit, quæ Dominæ huic vendidit; ille in expeditione Gallica occasione ingressus in Campaniam ceu spoliolum obtinuisse declarabat, an remisseris adhuc illius pueri, qui manibus complicatis per Superos te obtestabatur humanitatis rationem ut habeas, parentibusque suis lecti, ternia saltem relinquant intacta; ille agebat: in bello lamentabiliter rem agi, sibi quidem dolori cessisse, verum cui alter parcat, id alter tollit, at ubi pecuniam reliquisti, quam patri meo rapiebas, quove ad maximam egestatem nos detrudebas? Hussarus plenus anxietatis, pridem expendisse nec obulum superesse amplius dicebat, quamquam eotum puer eram, agnosco nihilominus accurate virum, qui lares meos terrore & vastitate replebat; litteræ hæc, & notæ linteis his insutæ rem extra omne dubium ponunt; quod eotum vocem meam, veniam exorantem non exaudieris ignosco tibi, quod parentibus meis ultimum, quod possederunt, rapueris, eosque con-

tumeliose tractaris, illi tibi ignoscent, sed quod germanam meam, adversus violentiam tuam opem implorantem in puteum præcipitaveris, id quidem tyranne! Deus tibi ignoscere velit! quo dicto Gallus domo excessit.

G a l l i a.

Ex fidedigna auctoritate (ita scribunt Francos. Ephemerides) sequentia ceu fragmenta Colloquii Imperatoris cum Deputatis Camerae Commercialis Burdigal. allata sunt: „Commercium j&uram patitur, calleo, ajebat Imperator, at nos constantes oportet. Anglia ad ceddendum perducenda est, cedetque res prospere. Angli sunt Domini mari, ego in continente; illi prædones sunt, at ab iis nos expediemus. Verum est patientem animum, renunciationes, æconomiam deposci, at postremum pacem & quidem firmam durabilemque pacem habebimus, Angli Gvarantiam mihi præstare debebunt; si cum iis pacem inivero; & ipso die, quo eam denuo violare vellent, quævis depositoria annuaria in Continente adimi iis curabo, quæ conspicua erit compensatio. Ceterum amenter egerere, quod Russicam Intermediationem non acceptaverint.

Respectu neutri parti adhærentium Imperator dicebat: De præsentibus neutrales nec mente concipi possunt; Angliæ per harum visitationem teloniale & tributis Jus adversus Continentem usurpandi voluntas fuit, hoc indulgere non potui, inde Decretum de 17. Dec. promanavit. Sacharum & faba Indica pretio quidem caro erunt, at frugaliter de modico vivendum est,

Pacem cupio, probabile est neminem futurum, qui de serio hoc voto meo dubitaret, promptus ad ei subscribendum sum, at firma & durabilis esse debet.

B I O G R A P H I A.

Diogenes ex urbe Sinope — cum dolio notus est.

Antonius Comasso celebris Cocus apud Card. Caraffa, is ipse est, de quo *Montagne* scribit, vidi Culinæ artificem, integram mihi Dissertationem faciebat de scientia faucis, tantaque gravitate et dignitate mecum verba faciebat, ac si gravissimum Theologicum argumentum pertractares; analysans diversa adpetituum genera, quos homo jejunos, aut ad primum vel secundum ferculorum in mensam adparatum percipit, ut Politia edendi pruritus diversis acribus, irritantibus et amoenis dapibus jusculisque excitandus, verba ejus peripatico in dicendi genere sublimia & fertilia erant, tam eloquente & svasorio adparatu ut reapse abreptus fuerim de iderio Culinæ ejus jamque mente omnes sapidos ejus bolos per fauces deglutivi. Tentulus a labris — Credo ab hoc viro ipsum Diogenem conversum fuisse,
